

quod est bonum divinum, majus est ac superexcedens gravitatem...

XXIII. Quæres, an peccatum permitti possit a Deo ex præsentia penitentia? Videtur quod non. Qui intentio penitentia necessario supponit peccatum prævium...

Rursus. Innocentia est majus bonum, quam penitentia; ergo Deus non potest permittere peccatum ob penitentiam; si ob illam permissionem deperditur majus bonum.

XXIV. Atamen sententiam affirmativam probabiliorum existimo, supponendo, penitentiam posse tripliciter considerari. Primo: ut virtus est per se destructiva peccati. Secundo: Ut est virtus manifestativa omnipotentia Dei, quæ parcendo, & miserando maxime manifestatur. Tertio: Ut est virtus uterque gratia consecutionem, & finalem perseverantiam. Licet ergo penitentia si intendatur præcise, ut destructiva peccati debeat supponere peccatum prævium, quia sic solum amatur, ut bonum occasionatum ex illo, secus tamen si intendatur secundum aliquam ex aliis duabus considerationibus. Cum ergo Deus velit penitentiam suorum prout est manifestativa suæ Omnipotentia, & utilis ad uberiores gratiam, & perseverantiam ipsorum, ideo non est necesse, ut supponat ex parte Dei peccatum prævium; quia licet specificative sumpta sit occasio peccati, reduplicative tamen ut volita a Deo prædestinatis non explicat hoc munus. Et hinc patet disparitas ad exemplum de Redemptione: Deus enim voluit Redemptionem reduplicative, ut satisfactam pro peccato, & ideo debuit supponere prævisionem peccati.

XXV. Ad id quod additur respondeo cum D. Th. 1. part. q. 20. art. 4. ad 4. Quod peccata, & innocentes se habent, sicut excellentia, & excessa. Nam sicut sunt innocentes, sicut peccata, illi sunt meliores, magis dilecti, qui plus habent de gratia, ceteris tamen paribus innocentia dignior est, & magis dilectus. Dicitur tamen Deus plus gaudere de penitente, quam de innocente, quia plerumque penitentes cautes, humiliores, & ferventiores resurgunt. Unde Gregorius dicit (homil. 34. in Evang.). Quod dux in prælio eum militem plus diligit, qui post pugnam conversus fuerit hostem premit, quam qui nunquam fugit, neque unquam fortiter fecit.

Vel alia ratione, quia æquale deum gratia plus est comparatum penitenti, qui movet poenam, quam innocenti, qui non movet: sicut centum marchæ, majus donum est, si dentur pauperi, quam si dentur Regi. Hæc D. Thomis.

QUESTIO IV.

De Reprobatione.

Reprobatio, Prædestinationi opponitur. Quia vero oppositio ratione eadem ratio est, ac disciplina, ideo sicut Prædestinatio essentialiter sumpta nominat actum intellectus includentem actum Divinae Voluntatis, quo vult aliquos ad gloriam admittere, eisque media preparare, ita Reprobatio essentialiter in actu intellectus collocari debet, supponente tamen actum voluntatis, quo vult Deus aliquos a gloria rescindere modo inferius explicando. De hac ergo pro complemento hujus Tractatus in præsentia agemus: quærentes, an sit, quid sit, causas ejus, & demum effectus.

DEFINITIONES.

An sit Reprobatio, & quid sit.

S. I.

Deus aliquos reprobat.

Veritatem hanc docent Scriptura. Rom. enim c. 2. v. 6. de Deo loquens Paulus: Qui reddet (inquit) unicuique secundum opera ejus. Ut quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quarunt, vitam æternam; Ut autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, creduntur autem iniquitatis, ira & indignatio. Et c. 9. v. 22. & 23. ait: Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia usque ira apertam in interitum, ut ostenderet divitiis glorie sue in usque misericordia, quæ preparavit in gloriam. Quod aliis multis in locis testatur.

II. Alioquin a Deo reprobari ostendit D. Thom. hac q. 23. art. 3. ita dicens. Deus est supremus, & universalis Provifor: ad universalem autem Proviforem pertinet aliquem defectum in rebus a se provifis, & sibi subiectis permittere, & non omnes fœm affectu finem, ut videre est in his, quæ naturaliter contingunt: sic enim existit universitas creaturarum, ut ex illis aliqua bona sint, & dignæ premio; alia prave, & dignæ supplicio, dicente Paulo 2. ad Timoth. 2. v. 20. in

magna autem dono non solum sunt usque aures, & argentea, sed & liqua, & stibila, & quadam autem in consumeliam. Super quo idem D. Thom. test. 3. in domo (inquit) una est una fenestra altera pulchrior. Si quis ergo querat, quare non tota domus est fenestrosa? Ratio est, quia tota domus esset impropria, similiter dicit Apostolus 1. Cor. 12. Si totum corpus esset oculus, ubi audiret? Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratia, quia oportuit, quod Deus manifestaret justitiam, & misericordiam. Si enim omnes salvaret, esset solum ejus misericordia: si omnes damnaret esset solum justitia. Et ideo volens Deus manifestare iram, id est justitiam &c.

III. Altera hinc oritur ratio, quam idem S. Doct. tradit in 1. ad Ananiam, dist. 40. q. no. art. 3. his verbis: Ordinavit ergo divina providentia ab æterno humanam naturam ad beatitudinis consecutionem per liberum arbitrium. Quod quia deficiat potest per seipsum, a solo autem Deo indeficientiam habet. Ideo ab æterno proposuit, quod quosdam permitteret deficere, quibusdam vero auxilia apponeret, ne deficerent, ut in nostrisque manifestaretur virtus gratia, & defensus naturæ. Ex quibus concludit: Sic ergo ab æterno fuit propositum Dei & respectu culpa permittere, & respectu peccati infligere, & hoc dicitur reprobatio. Ergo sicut ad manifestandam virtutem gratia oportebat aliquos prædestinari; ita ad ostendendam deficiatilitatem liberi arbitrii creati, conveniens fuit aliquos reprobari.

IV. Sed dices primo, & tamen non tenetur in eis aliquem defectum supra Angelos, & tamen non tenetur in eis aliquem defectum in esse permittere, cum Angeli non deficiant in suo esse, ergo ratio allata non evincit.

Resp. neg. confes. Ad providentiam enim pertinet quidem, permittere aliquem defectum in rebus provifis, sed in eo, in quo sunt deficiatiles. Angeli autem secundum suam naturam sunt indeficiatiles in esse; & ideo non tenetur Provifor permittere, ut aliquis eorum in esse deficiat. Ad homines, habent liberum arbitrium suapte natura moraliter deficiatibile, & circa finem, & circa media, propterea Deus in universalis Provifor tenetur in aliquibus talem defectum permittere, & circa media eis denegando gratiam, & permitiendo ut peccent; & circa finem disponendo, ut aliqui a suo fine deficiant. Immo retorquetur instantia. Quia enim Angeli esto indeficiatiles in esse naturali, deficiatiles tamen sunt in operando moraliter circa finem supernaturalis; ideo permittit Deus, ut aliqui Angelorum peccando deficerent, & sic a suo fine supernaturali deciderent.

V. Dices secundo, De Deo Sap. 11. v. 25. dicitur: Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, ergo Deus nullum hominem, quem creavit, odit; ergo nullum reprobat.

Respondeo D. Thom. hac q. 23. art. 3. ad 1. quod Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, in quantum omnibus vult aliud bonum; non tamen quodcumque bonum vult omnibus. In quantum igitur quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita æterna, dicitur eos habere odium, vel reprobare.

VI. Replicabis. Ex Apof. 1. ad Timoth. 2. v. 4. Deus omnes homines vult salvos fieri. Et 1. Petri 3. v. 9. Nemo unquam perire, sed omnes ad penitentiam reverti; ergo omnibus vult hoc bonum, quod est vita æterna.

Secundo. Nullus prudens excludit a consecutione finis id, quod producit ob consecutionem dicti finis; sed Deus produxit omnes homines ob vitam æternam consequendam; ergo &c.

Resp. ad primam replicam superius in Tractatu de Voluntate Dei fuisse dictum esse, Deum velle omnes homines salvos fieri, & nolle aliquos perire voluntate generali, & antecedente, quia omnibus dat auxilia sufficientia, quibus, si non obstant, possint bene uti, & salvari. Non tamen omnes velle salvos fieri, & neminem perire voluntate efficaci & consequente, alias omnes de fœdo salvarentur.

Ad secundam replicam dico, non esse contra munus sapientis, & prudentis Proviforis, qui speciem aliquam producit ob aliquem finem, quod aliquos a consecutione finis excludat, quando natura tendit deficiatilitate ad illum.

VII. Dices tertio, Deus non est causa perditionis hominum juxta illud Olee 13. v. 9. perditio tua ex te ipso; & tantummodo in me auxilium tuum; ergo Deus neminem reprobat; alias sicut dum aliquos prædestinat, dicitur esse causa salutis eorum, sic si alios reprobares, diceretur causa perditionis illorum.

Respondeo, negando absolute confes. Nam Deus prædestinans, causat non solum gloriam, quæ habebitur in futuro, sed etiam media, quæ prædestinato conferuntur in præfenti, & quibus ad salutem pervenit, nempe merita; & ideo dicit Olee: ex me auxilium tuum. Ad Deus reproban, non causat media, quibus tendit homo ad perditionem, sed solum ea permittit. Peccata enim sunt non a Deo, sed a libera voluntate humanae se subtrahente a Divina casualitate: unde homo est causa suæ perditionis, & ideo dicit propheta: perditio tua. Est quidem Deus causa poenæ, quam homines per peccata merentur in futura vita, non tamen culpæ, quæ merentur talem poenam. Vide S. Th. hac q. 23. art. 3. ad 2.

VIII. Instabis. Nulli debet imputari, quod vitare non potest: sed si Deus hominem reprobat, non potest ille vitare culpam, quæ perat, quia non potest gratiam adipisci, quæ non peccet; ergo &c.

Respondeo ex D. Th. laudato loco ad tertium: Quod reprobatio Dei non subtrahit aliqui de potentia reprobati. Unde cum dicitur, quod reproban non potest gratiam adipisci, non est hoc intelligendum secundum impossibilitatem conditionatam, sicut supra dictum est (q. 19. art. 3.) quod prædestinatum non esse salvari necessitate conditionata, quæ non tollit libertatem arbitrii. Unde licet aliqui non possint gratiam adipisci, quæ

reprobatur a Deo; tamen, quod in hoc peccatum, vel illud laudatur, ex ejus libero arbitrio contingit. Unde & merito sibi imputatur in culpam.

IX. Dices quarto, si in Deo daretur Reprobatio aliquorum, exiret in eo liber Moris: sicut quia datur in eo prædestinatio, datur in eo ad liber. Ergo &c.

Respondeo, negando maj. ex eodem D. Th. citato: Quod non est consuetum consisti, ut qui reprobantur, sed eos, qui aliquantulum. Unde reprobationi non respondet liber Moris, sicut prædestinationi liber Vitæ: Quod vero consuetum sit conscribere eos, qui ad aliquod eliguntur, probat D. Th. ibi in corpore exemplo militum, & consiliariorum, qui olim dicebantur Patres Conscripti.

Ad confirmationem dico, postea reprobatione sequi solum, Deum prædestinare ad malum poenæ; non tamen ad malum culpæ, ut ajebant Prædestinati, & post eos Calvinus. Et hoc damnat Araucanæ, & Tridentini Patres.

S. II.

Quid sit reprobatio.

REprobatio dividitur in negativam, & positivam. Negativa, secundum aliquos, est mera non electio ad gloriam. Secundum alios vero est adu positivus, quo Deus aliquos, non solum non eligit, sed adu positivus excludit a Gloria. Positiva autem est adu, quo aliquibus præparatur poena, tum damni, tum sensus.

XI. Reprobationem negativam negant multi, & si præfentis mentis reprobare, addentes, Reprobationem negativam præfentem a demeritis prævifis, Patribus, & Theologis antiquis fuisse ignotam, & insuper quod, ea positâ, sequatur, non electos nulla via posse salvari, & proinde necessario damnari.

Sed immerito. Reprobationem enim negativam indicavisse per S. Augustinum, dum ait, aliquos in massa perditionis relinquit, alios ab ea erui, alios liberari, alios non; & ad Dei beneficium unice referendum esse, ut lib. 2. contra duas Epist. Pelag. c. 7. lib. de præf. ss. cap. 9. & alibi post ipsum S. Thom. hac q. 23. art. 3. ad 1. ubi ait: In quantum Deus quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita æterna, dicitur eos habere odium, vel reprobare. Hac autem posita sequitur solum, & eo, qui non liberatur, necessario damnandus necessitate conditionata, non absoluta, ut nuper cum D. Th. dicebamus.

An vero reprobatio omnifonem electionis ad gloriam; an potius actum positivum dicat, quo Deus voluerit eos excludere a Gloria, utrumque probabile judico. Nos tamen, qui superius diximus, voluntatem Dei non potuisse circa aliquid manere suspensam, cogimur reprobationem negativam in aliquo adu positivum collocare, nempe in actu, quo Deus nolit aliquos a communi massa perditionis liberare; seu voluit eos in ea relinquere.

Patet etiam, eandem reprobationem negativam a positiva differre; quod illa duplicem terminum positivum includat, nempe a quo, id est Regnum Cælorum, a quo Reprobis excluditur, & ad quem, nempe poenam, tum damni, tum sensus, quæ Reprobis præparatur. Illa vero contra dicit solum terminum a quo, nempe Regnum Cælorum, a quo Reprobis excluduntur, aut massam perditionis, a qua Deus non vult eos liberare, præfendendo a termino ad quem destinandi sunt. Colligitur hoc ex D. Th. in 1. Anabald. dist. 41. qu. un. art. 3. ubi hæc habet: Voluntati divina de salute hominum duplex voluntas opponi videtur, scilicet voluntas de contradiatorio, secundum quod vult damnari aliquem. Prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte veliti, cum salus gloria non sit debitum humane nature. Non enim requiritur ratio, quare non dem alicui, cui dare non debet.

DEFINITIONES.

An Deus reprobat ante, vel post prævisionem demeritorum.

S. I.

Error Calvinii rejicitur.

JOannes Calvinus inter alios fuz Sectæ errores docuit primo, Unicam, & adequatam, tum negativam, tum positivam reprobationis causam, esse gloriam Dei voluntatem. Censuit enim, Deum independentem a pravitate consuevit peccati, sive originalis, sive actualis quosdam Homines, & quosdam Angelos ab æterno excludisse a Regno Cælesti, illisque præparasse poenam, tum damni, tum sensus. Docuit secundo, Nec Angelos, nec Homines reprobos fuisse creatos ad Cælestem beatitudinem, sed ad æternam damnationem. Docuit tertio, Deum, ut latum a se decretum exequatur, imponere eis necessitatem, ut peccent; immo eos positivè, ut peccent impellere. Totum hoc apparet ex his, quæ habet tum in 3. Inst. cap. 21. §. 6. ubi asserit, quod Deus confilio, utrumque suo ira ordinat, ut inter homines asserantur ab æterno certe meriti devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificent. (Tum cap. 22. §. 6.

ubi aperte negat, Deum ex otiosa spēcula specuari merita, vel demerita. Tum in cap. 9. ad Rom. ubi postquam dicit, Deum pro arbitrio suo quem visum illi fuerit misericorditer dirigere, in quemcumque liberis judicii favoritatem stringere, durandi verbum, cum Deo in Scripturis tribuatur, non solum permissivum, sed divina quoque ira actum significare. Quod Satan ipse, qui tantus effrauctor agit, ita est ejus minister, ut non nisi ejus imperio agat. Concludit: Certei ergo frivolum illud estugium, quod de præfentia Sebastiani habet. Neque enim præfentem ruinam imperiorum a Domino Paulus tradit, sed ejus confilio, & voluntate ordinari; quemadmodum & Salomon dicit, non modo præcogitatum fuisse imperiorum interitum, sed ipsius ipse fuisse destinata creatas ut perirent (Prov. 16. v. 4.) Idem docuerat in cap. 1. ejusdem epist. ad Rom. dicens: de modis, quo Deus hominem in vitium tradit... Certei quidem est, non solummodo: tantum, & contumendo illum peccare homines prolabi, sed justo judicio sic ordinare, ut tum a propria concupiscentia, tum a Diabolo in ejusmodi rabiem agantur, & serantur. Hæc Calvinus.

II. Verum nedum falsa, sed impia est hæc doctrina. Primo. Quia evertit ordinem divinæ retributivæ, & justitiæ, quæ petit, ne poena procedat culpam, ne poena præparatio antecedit prævisionem culpæ; ne creatura delinquit ad poenam, antequam prævideatur alicuius criminis confesio. Secundo. Quia de Deo facit crudeliter tyrannum, dum ponit, Deum ut exagratum suum decretum de homine perlegendum, eum creasse ad exitium, imponendo illi necessitatem peccandi, eamque non permissivam tantum, sed positivam, & absolute discreto ordinare in reprobis peccatum, eos ad peccandum impellere; & hoc modo Deum summe sanctum fieri auctorem peccati; quod olim Ecclesia execrata fuit in Marcionis, Manichæis, Priscillianis, qui idipsum aut fuerant esse: quodque Araucanæ Secunda Synodus Can. 25. his verbis proscriptit: Aliquis vero ad malum divina potestate prædestinatus esse non solum non credimus: sed si qui sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Quod etiam abominata est Tridentina Synodus sess. 6. can. 17. si quis... dixerit, reliquos omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, & asperio divina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit. Tertio. Tandem divinæ misericordie injuriosa, quæ omnes ad penitentiam expectat, quæ nullum perire vult, immo omnes salvos fieri, ut superius offendimus. Injuriosa etiam Christo, qui pro omnibus mortuus est, qui se dedit redemptionem pro omnibus, ut fuit Tract. de Voluntate præviforum.

III. Dices tamen primo, D. Petrus act. 2. v. 23. de Christo fuisse (inquit) definitio Dei confilio, & præfentia Dei traditum, per manus iniquorum asperio intermissis; Ergo Deus definitio confilio Judæos reprobos impellit ad Delictum. Rursus: Deus dicitur excæcare Ior. 12. vers. 39. & 40. Reprobos non poterant credere, quia iterum dicitur Iffais: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non viderent oculis, & non intelligant corde, & converterentur, & sanentur. Idem: Exodi cap. 7. vers. 3. de Pharaone dicit Deus: Sed ego indurabo cor ejus... & non audiet verbum. Quid autem est excæcare mentem, quid indurare cor, nisi statuto confilio prædestinare ad malum?

IV. Respondetur ad primam, exponendo Petri dictum: Definitio Dei confilio de Redemptione, concedo, De Delictio, nego. Vox autem illa traditum, non refertur ad Judæos, seu iniquos; irat sensus sit, iniquos definitio Dei confilio Christum interemisse; sed refertur ad Deum Patrem, qui definitio confilio tradidit Filium suum pro humani generis Redemptione, quamvis permiserit iniquitatem Judæorum, ut latum ab æterno de Filii morte decretum exequeretur. Eadem actio (inquit D. Thom. 3. part. q. 47. art. 3. ad 3.) diversimodo judicatur in bono, vel in malo, secundum quod ex diversa radice procedit. Patet enim tradidit Christum, & ipse semetipsum ex charitate; & ideo laudatur. Judæi autem tradidit ipsum ex cupiditate, Judæi autem ex invidia, Filium ex timore mundano, qui simul Cæsarem: & ideo ipse vituperatur.

V. Ad secundum, dist. ait. Dicitur excæcare, & indurare, in fundendo militiam, vel impellendo ad peccatum, nego ant. Subrahendo, & non largiendo gratiam, conce. ant. Deus reprobos excæcat, indurat, non infundendo, aut causando militiam; vel illos ad peccandum positivè impellendo; sed excæcatio, & induratio in hoc posita est: Primo: Quod Deus non velit reprobos misereri, ut obduratio Dei sit nolle misereri: ut non ab illo irrogetur aliquid, quod sit homo deterritus; sed tantum quo sit melior non erogatur. Ita S. August. lib. 1. de div. qu. ad Simplician. q. 2. Secundo. Quod eos defecit: ita idem S. Doct. tract. 53. in Jo: Sic enim excæcat, sic obdurat Deus; defecendo, & non adjuvando; quod confilio judicio facere potest, iniquo non potest. Quia excæcationem, & obdurationem eorum pravas voluntates meruisse ibidem docet. De his autem, qui sic sua culpa defecit non adjuvantur, dicitur, quod non possint credere, sed potentia tantum functionibus, non possibilitatis, ut superius Tract. de Vol. ostensum est.

(VI. Sed instabis, S. Augustinus lib. de grat. & lib. arb. cap. 22. aperte dicit: Malorum hominum voluntates a Deo ad malum inclinari, & demonstrat exemplo Pharaonis: Sicut est (inquit induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur, ad ostendendam in illo obferventiam Dei. Quare dixerat ante, quod Scriptura divina, si diligenter inspicitur, ostendit non solum bonas hominum voluntates, quæ ipse factæ ex malis, & a se factas bonas in actu bonis; & in æterno dirigunt vitium: verum etiam illas, quæ conferuntur facti creaturam, ita esse in Dei potestate, ut eas quæ voluerit, quando voluerit, faciat inclinari, vel

in confirmatione non contradicere nostrae primae assertioni, sed potius confirmare secundam, toto enim illo capite nono agit de electione, & reprobatione comparativa. Quis enim, agit de electione, & reprobatione comparativa, qui non agit de electione, & reprobatione comparativa, qui non agit de electione, & reprobatione comparativa...

XXXIII. Inferius autem ad exemplum Figuli, & Vasorum, quo utitur Apostolus: Considerandum est (inquit) quod si aliquid materia vili faciat vas pulchrum, & nobilissimum...

XXXIV. Pro quo adverto, quod dupliciter contingit aliquam a massa perditionis originalis liberari. Uno modo perfecte, & complete; quia nedum gratiam accipit baptismalem, sed etiam perseverantiam, quod gloriam aeternam adipiscitur...

XXXV. In hac sententiam conspirant Episcopi in Sardinia exules Episcopi Synodici, ubi de Jacobo, & Esau loquentes sic ajunt: Deus ergo in Jacob misericordiam gratis bonitatis, in Esau vero judicium iuste severitatis ostendit, qui Sacramentum...

XXXVI. Obstat tamen videtur S. Thomas, tum q. 23. hujus l. p. art. 3. ubi reprobationem aliorum docuit esse actum divinae providentiae, ad quam pertinet aliquis permittente a vita aeterna desistere: atqui in reprobatio est peccatum originale, effectus actus vindictive, & reprobaret enim in potentiam peccati originalis; ergo &c.

XXXVII. Respondeo, D. Thomam asserere quidem reprobationem esse actum providentiae, sed non negare esse quoque actum

Patroni. Quidam dantes manus victas concedunt peccatum originale non fuisse causam reprobationis eorum, qui ab eo mundandi erant per Baptismum, sed eorum tantum qui sine baptismo erant defuncti.

Sed hi a DD. Augustino, & Thoma recedunt, qui nulla adhibita distinctione, ut superius ostendimus, causam reprobationis negativam in hominibus dicunt esse peccatum originis. Immo D. Aug. lib. de corrept. & grat. c. 7. loquens de illis, qui post Baptismum perseveraverunt non sunt, dicit: Non enim sunt a massa illa perditionis praesentia Dei, praedestinatione dispersi...

XXXII. Dicunt alii, duplicem infectionem distinguendam esse, nimirum naturae, & Personae; sublata autem per baptismum infectione personae, remanere infectionem naturae, nempe concupiscentiam, & ob hanc damnari. Sed hi videntur admittere in renatis aliquid damnationis, aliquid esse, quod in eis odit Deus, & insuper concupiscentiam in renatis esse peccatum, quod Catholicae refragatur doctrinae.

XXXIII. Media ergo via de tuciori incedens, deo: Reprobam jam baptismum non damnari quidem immediate, & proximae propter originale, sed propter actualia peccata; damnari tamen remote, & radicaliter propter illud. Non, inquam, damnari proximae, quia nulla peccati originalis culpa remanet in Reprobo, qui in infantia, vel post baptismum est, nec unquam rediura est culpa, quae Baptismum praecederet...

XXXIV. Pro quo adverto, quod dupliciter contingit aliquam a massa perditionis originalis liberari. Uno modo perfecte, & complete; quia nedum gratiam accipit baptismalem, sed etiam perseverantiam, quod gloriam aeternam adipiscitur...

XXXV. In hac sententiam conspirant Episcopi in Sardinia exules Episcopi Synodici, ubi de Jacobo, & Esau loquentes sic ajunt: Deus ergo in Jacob misericordiam gratis bonitatis, in Esau vero judicium iuste severitatis ostendit, qui Sacramentum...

XXXVI. Obstat tamen videtur S. Thomas, tum q. 23. hujus l. p. art. 3. ubi reprobationem aliorum docuit esse actum divinae providentiae, ad quam pertinet aliquis permittente a vita aeterna desistere: atqui in reprobatio est peccatum originale, effectus actus vindictive, & reprobaret enim in potentiam peccati originalis; ergo &c.

XXXVII. Respondeo, D. Thomam asserere quidem reprobationem esse actum providentiae, sed non negare esse quoque actum

XXXVIII. Respondeo, D. Thomam asserere quidem reprobationem esse actum providentiae, sed non negare esse quoque actum

XXXVIII. Respondeo, D. Thomam asserere quidem reprobationem esse actum providentiae, sed non negare esse quoque actum

actum justitiae: immo sicut praedestinatio, est actus providentiae, adhuc tamen est actus misericordiae, quia quos a massa perditionis liberat, gratis & ex misericordia liberat; ita quos in massa perditionis relinquit, nec a miseria liberat, actus justitiae est: iusto enim iudicio reus damnationis addicitur. Est ergo ibi, & ratio providentiae, quatenus permittit, aliquos ab ipso sine defecere: est etiam actus justitiae, quatenus ad id permittendum ex parte eorum iustam habet causam, nempe corruptionem naturae. Unde Augustinus lib. 2. contra duas Epistol. Pelagian. c. 7. titulus: bonum quidem (inquit) immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est, cui datur: malum vero merito, & debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non male redditur. Et D. Thom. laudata q. 23. art. 5. ad 3. docet, quod sicut Deus dum aliquos praedelinat, vult reprobare bonitatem per donum misericordiae parcendo: ita quantum ad aliquos, quos reprobat, per modum justitiae puniendo.

Ad secundum, dist. antec. cadere in culpam actualem esse effectum reprobationis, concedo antecedens, ut infra dicemus. In culpam originalem, nego antecedens. Voluntas enim permittendi culpam originalem praecedat voluntatem reprobativam, ut in Doctrina Sancti Thomae constans est.

XXXIX. Ex omnibus hucusque dictis constare poterit, quam immodico quidam opinionem hanc censuram nocere aut feriant: cum sit aperta D. Augustini, D. Thomae sententia, & omnes plures ejus discipuli teneant, inter quos Gonet, qui plures ex nostris pro ea laudat, & ex exteris Suarez in 1. p. lib. 5. de reprob. cap. 5. Ruiz disp. 14. de praed. sect. 4. & sequentibus: & omnibus aliis Societatis Jesu Theologis defendenda proponitur a P. Claudio Aquaviva Praeposito Generali. Hinc enim habet pag. 14. libri de ratione studiorum Societatis editi Romae anno 1786. Reprobationis, quia caeteri homines ad ultimum sine accedere permittunt, causa fuit peccatum originale.

Demum ex dictis constare poterit, reprobationem negativam Angelorum fuisse ante praevia eorum demerita. Cum enim in eorum natura nullum vitium originis adfuerit; eodem instanti, quo sua simplici voluntate aliquos eorum ad finem gloriae Deus transfudit, alios simplici voluntate a fine gloriae decidere permittit; sic exigente generalis Providentiae ordine, & suorum attributorum ostensione: quibus tamen, esto gratiam efficacem ad perseverandum non dedit, gratiam tamen, quae perseverare possent, non denegavit.

DE REPROBATIONE

De effectibus reprobationis.

S. I.

Aliqua praemittuntur.

I. Revertor ab hoc dabo non expedimus, cum exitis, quae diximus de effectibus praedestinationis, facile solvi possunt. Recolendum igitur est: tria requiri, ut aliquid sit effectus reprobationis. Primo: ut sit a Deo volitum: Deus enim est qui excludit, & condemnat reprobum. Secundo: ut ad reprobationis finem conducatur. Tertio: ut ad eum finem conducatur ex intentione Dei.

Inter reprobationis effectus recenseri possunt permisso peccati, execratio, induratio, damnatio aeterna, & tandem plura peccata actualia, de quibus omnibus quaeremus. Ex dictis enim suppono peccatum originale, ejusque permissionem effectum reprobationis non esse. Non quidem peccatum ipsum, quia ut dicemus nullum peccatum effectus reprobationis esse potest, cum peccatum a Deo esse non possit. Nec est peccati originalis permisso, quia quod supponit ad decretum reprobationis, & insuper est ratio movens ad decretum illud formandum, non potest esse reprobationis effectus, quia effectus non potest esse prior, & causa sine causa: sed peccatum originale est prius permisso, quam fuerit voluta aliquid reprobatio, & insuper fuit ratio, & causa movens, ut aliquos ex hominibus Deus a gloria excluderet, ut Dubio praecedente ostensum est; ergo non potest esse reprobationis effectus.

S. II.

Resolv. nei Dubii.

II. Deo primo. Permiso peccati actualis, quod nunquam debet remitti, est effectus reprobationis, Prob. Id, quod est a Deo volitum, id quod ad finem reprobationis est Dei intentione conducit, est effectus reprobationis: sed hujusmodi est permisso peccati non remittendi: hoc enim Deus non vult remittere, quia statim peccatore a Gloria excludere; ergo &c. Unde D. Th. hac quaest. 23. artic. 3. Sicut (inquit) praedestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi, aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis poenam pro culpa.

III. Neque opponas. Permiso peccati non conducit ad finem reprobationis, nisi ratione peccati; ergo reprobatio per se intendi non potuit, nisi per se intendatur peccatum: ergo potius debet dici permissionem peccati esse a Providentia generali, & deinde ordinari pro providentiam reprobativam ad finem reprobationis.

IV. Nam respondeo, permissionem peccati non conducere ad finem reprobationis, nisi ratione peccati ponendi tamen ab homine, non a Deo. Deus enim permittens peccatum, per se solum intendit denegare auxilium gratiae indubitum, & haec est permisso, quae per se a Deo volita, ponitur ut effectus

reprobationis. Quod autem ex tali gratiae denegatione sequatur infirmiter sequela logica peccatum, hoc est praeter intentionem Dei, esto non sit praeter ejus providentiam, sed ex voluntate peccatoris, qui a Deo derelictus, sponte labitur in peccatum. Unde D. Thomas q. 23. citata art. 3. ad 2. Reprobatio (inquit) non est causa ejus, quod est in praesenti, scilicet culpa, sed est causa derelictionis a Deo. Est tamen causa ejus, quod redditur in futuro, scilicet poena aeterna; sed culpa provenit ex libero arbitrio ejus qui reprobatur, & a gratia derelictur. Et secundum hoc verificatur dictum Prophetiae, scilicet: Perditio tua Israel ex te.

V. Dico secundo. Denegatio specialis doni perseverantiae est effectus reprobationis. Prob. Reprobatio est causa, cur Deus Justo, qui Reprobis est, denegat speciale donum perseverantiae. Interroganti enim, ex duobus vultis, cur huic docetur perseverantia usque in finem, illi non docetur: Respondet post multa S. Augustinus lib. de dono Perseverantiae. p. Quis non erant secundum praescriptum vocati, non erant in Christo electi, non constitutum mandati, non erant in eo sortem consecrati, non erant praedestinati secundum praescriptum ejus, qui ante omnia operatur.

VI. Dico tertio. Execratio, & obduracy in Reprobo sunt effectus reprobationis ejus. Patet, qui execrator, & obduratus nil aliud sunt, quam integra hominis impij suae malitiae derelictio: atqui integra impij derelictio fuit malitiae a Deo est ex intentione ipsum reprobandi, ut vidimus; ergo &c. Major patet ex Augustino epistol. 194. et 105. ad Sixtum cap. 3. dicens: Nec obduracy Deum impetierunt multum, sed non impetierunt misericordiam.

VII. Dico quarto. Peccata ipsa non sunt in reprobis effectus reprobationis eorum. Est contra Calvinum. Peccata enim, nec sunt, nec possunt esse a Deo, nec a Deo volita; sed ut aliquid sit effectus reprobationis debet esse a Deo reprobante, & volitum: ergo &c. Major patet; quia Deus vult quidem permittere peccata, seu denegare gratiam, sed peccatum non vult facere, neque vult fieri. Quare, ut dicebamus, peccata praeter intentionem Dei eveniunt, non tamen praeter illius providentiam; quia finit illa fieri ut (ait Aug. in Enchirid. cap. 100.) mira, & ineffabili modo non fiat praeter ejus voluntatem, quod etiam contra ejus sit voluntatem. Quia non fieret, si non sineret: nec unquam volens finit, sed volens, nec sineret bonus fieri male, nisi impotens. Et de malo volens, nec sineret. Et cap. 102. concludit: Deus igitur omnipotens, sive per misericordiam ejus vult miseratur, sive per judicium, quem vult obduracy, nec inique aliquid facit, nec nisi volens quicquam facit, & omnia quaecumque vult facit.

VIII. Hinc non sequitur, Deum volentem denegationem gratiae ad quam sequitur peccatum, velle adhuc indirecte peccatum, licet volens illud finit fieri. Nam tunc solum omnifio gratiae, & permisso peccati volita, esset indirecta volitio peccati ex ea secuti, quando aliat gratia, & auxilium, essent debita: tunc enim si tenetur, & non facit aliquid, ex quo sequitur aliquid, imputatur ei indirecte malum, quod sequitur. Auxilium autem ad vitandum peccatum nulli debuit esse. Et vult maxime, quod ad subtractionem gratiae Deus causam habet ex parte nostra. Quod enim gratia alicui non apponatur, non est causa ex Deo, sed ex hoc, quod ipse, cui gratia apponitur, impedimentum gratiae praestat, in quantum averterit a non avertere se lumine. Ita S. Thom. quaest. 3. de malo art. 1. ad 2.

IX. Dico quinto. Aeterna poena, tum damni, tum sensus effectus reprobationis sunt. Probatur. Quia aeterna poena parata est reprobis a Deo ex voluntate eos reprobandi. Matth. 25. vers. 41. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis. Et S. August. lib. 15. de Civitate Dei cap. 1. Duas Civitates, hoc est duas felicitates hominum distinguunt: quarum est una, quae praedestinata est in aeternum regnare cum Christo, altera aeternum supplicium subire cum Diabolo.

S. III.

Aliqua pro coronide resolvuntur.

X. Quaes primo. An numerus Praedestinatorum, & Reprobatorum sit certus?

Respondet D. Th. tum hoc q. 23. art. 7. tum q. 6. de veritate art. 4. Indubitatum esse, numerum Praedestinatorum, & etiam Reprobatorum esse certum non solum formaliter sed etiam materialiter: id est, Deum certo fecisse, non solum quot sint salvandi, sed etiam, qui sint illi: & idem dicit de Reprobis, modo tamen infra explicando. Id asseruit Christus Joann. 10. v. 14. Cognovistis oves meas. Paulus 2. ad Timoth. 2. vers. 19. cognovistis Dominum, qui sunt ejus. Unde Ecclesia in secreta quadam dicit, Deus, cui soli cognovistis ejus numerum electorum in superna felicitate locandus &c. Numerum etiam Reprobatorum Deo esse certum, & immutabilem, constat ex certitudine, & immutabilitate Divinae Praesentiae, Voluntatis, & Providentiae: unde tam ad Reprobos quam ad Electos pertinet illud Psalmi 138. v. 16. In libro tuo omnes scribentur.

Est autem Deo aequae sit certus, & invariabilis numerus Reprobatorum, sicut & Praedestinatorum, quia sicut praedestinatorum non potest esse, & fieri non praedestinatorum, ita nec Reprobos potest fieri non Reprobos: Attamen certitudo numeri Praedestinatorum est duplici certitudine procedit, nempe ex certitudine praedestinationis, & certitudine praesentiae (quae est certitudo)

certitudo cognitionis) & etiam ordinationis. Certitudo autem numeri Reprobatorum est certitudo praesentis, seu cognitionis tantum: Non enim Deus praedecidit ad peccandum homines reprobos, sicut praedecidit ad merendum. Ita S. Thom. q. 6. artic. 4. c. 1.

XI. Ne tamen hinc inferas, numerum Reprobatorum nullo modo praesentem esse a Deo; sed solum non ita principaliter, & per se, sicut praesentem est numerus Electorum, quia Reprobis non propter se, sed propter Electos ordinati sunt. Ideo quamvis eorum certum ac statutum numerum penes se habeat Deus, quia tamen eos speciali providentia non curat, sed abicit, & reprobos; ideo apud ipsum quasi non numerati dicuntur. Ea namque in numerato quis habere dicitur, quae diligit, & diligenter curat; & quorum singularem praesentem rebus habet providentiam. Unde Apoc. 17. Jubeat Joannes metiri Templum Dei, & adorantes in eo: Atrium autem, quod est foris Templum, quo figurantur Reprobis, metiri prohibetur. Et hinc est, quod licet notitia Reprobatorum non male diceretur Liber mortis, sicut notitia Electorum dicitur Liber vitae, quia tamen non solum haberi magna cura de rebus malis, & vitibus, neque tallium numerus conscribitur; ideo (D. Th. q. 24. hujus 1. p. art. 1. ad 3. assente) non dicitur esse aliquis Liber mortis.

XII. Ad dices. Si ideo certus est praedecinatorum numerus, ut variari non possit, quomodo Praedecinatorio juxta potest praesentibus Sanctorum? Quomodo Ecclesia in Canone Missae Deum orat, ut in Electorum suorum jubeat non grege numerari? quomodo illud Augustini: Si non es praedecinator, ut ut praedecinatoris?

XIII. Respondeo ad primum cum D. Thom. h. q. 23. art. 8. Duo in Praedecinatione consideranda esse, nempe divinam praedecinationem, & ejus effectum. Quantum ad illam juxta non potest: non enim praesentibus Sanctorum fit, quod non praedecinator a Deo ad vitam aeternam, fiat praedecinator. Quantum ad istum tamen juxta potest, quia sic Deus aliquorum salutem praedecinat, ut etiam praedecinatorum media omnia per quae ad illa perveniat, inter quae possunt esse effectus questionis nostrae, & aliorum: unde praedecinatoris (sic S. D.) quomodo est ad bene operandum, & orandum, quia hujusmodi praedecinatoris effectus considerandi impletur. Propter quod dicitur 2. Petri 1. Sagitte, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Providentia enim, cujus praedecinatorio est pars, non subtrahit causam futuram, sic eas disponit, ut non nisi per eas effectum suum fortiter fiat. Ad secundum dico, Ecclesiam non potest, ut Deus immutet suum propositum: sed causam ponens pro effectu, orat, ut Deus nobis tribuat conversionem, per quam aggregemur huic numero Sanctorum, & tandem ad aeternam beatitudinem cum eis perducamur. Quia esto a Deo statum irrevocabilem sit, quinam sint perducendi, pie credimus, ad hunc effectum multum orationes professe. Nam Deus multa quidem donat etiam non potentibus, alia tamen statum non dare, nisi per orationes. Unde Christus orabat pro electis, Joann. 17. v. 9. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. . . serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, quia tui sunt. . .

Ad tertium nego, dictum axioma apud D. August. inventi, sed hoc (Tract. 26. in Joann.) si non trahitur, ora ut salvabit. Dicere ergo: si non es praedecinator, ora ut praedecinatoris, non aliud est, quam dicere: Si nondum in te percipis effectus, & signa praedecinationis; ora ut ea assequaris. XIV. Quaes secundo. Quam sit numerus Electorum? Respondet S. Th. h. q. 23. art. 7. De numero omnium praedecinatorum, quis sit, dicitur quidam: quod tot ex hominibus salvabuntur, quot Angeli ceciderunt. Quidam vero, quos tot salvabuntur, quot Angeli remanserunt. Quidam vero quod tot ex hominibus salvabuntur, quot Angeli ceciderunt, & insuper tot, quot fuerunt Angeli creati. Sed melius dicitur, quod soli Deo est cognitio numerus electorum in superna felicitate laudanda. XV. Quaes tertio. An major sit numerus Reprobatorum, quam Praedecinatorum? Respondet Div. Thom. laudato loco ad 3. Quod bonum propter naturam communi statui natura accidit ut in pluribus, & deficit ad hoc bono, ut in paucioribus. Sed bonum, quod excedit communem naturam, invenitur ut in paucioribus, & deficit ad hoc bono ut in pluribus. Sicut patet, quod plures ho-

mines sunt qui habent sufficientem scientiam ad regimem vitae suae pauciores autem, qui hoc scientia carent, qui moriantur, vel stulti dicuntur. Sed paucissimi sunt reserpti aliorum, qui utriusque ad habendam profundam scientiam intelligibilem revent. Cum igitur beatitudo aeterna in visione Dei consistens excedat communem statum naturae, & praesens secundum quod est gratia definitur per corruptionem originalis peccati, pauciores sunt qui salvantur. Et in hoc etiam maxime misericordia Dei apparet, quod aliquos in illa salute erigit, a qua plerumque deficient secundum communem cursum, & inclinationem naturae. Hac D. Thomas. Quare electos pusillum gregem vocat Christus Luc. 12. v. 32. Nolite timere pusillus grex. Et Matth. 10. v. 16. 27. v. 14. Multi (inquit) sunt vocati, pauci vero electi. Et Matth. 7. v. 13. & 14. Lasa (inquit) porta, & spatioiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci intrant in eam.

Hec quique conficere poteris, si hominum mores a mundi exordiis ad huc usque tempora consideraveris. Nae etate tanta fuit hominum malitia super terram, ut solum Nae cum sua familia inventus fuerit iustus, ceteri homines delicti fuerint generali Diluvio, post Diluvium adeo abundavit iniquitas, ut quinguae Civitates, nulla excepta, igne in poenam absumptae sint. Idololatras adeo per Orbem grassata est, ut cultus veri Dei ad solas Patriarcharum familias relictus fuerit: ex quibus etiam aliqui Reprobis exierunt, ut Eflu. Ex populo Israelitico, post idololatras, quod impios nobis monstrat Scriptura; post Christi adventum minima pars est, qui Christum colit: adeo ut ex quatuor mundi partibus, non unaq. invenias integre Christianam. Ex Christianis pars non modica schismatica est, aut haeretica. Ex Catholicis, si omnium status percurreris, quot male viventes invenimus; quam paucos, qui Dei Legem, sine quibus observantia vita aeterna non datur, exacte custodiant? Hoc de sua etate expressit David Ps. 13. v. 3. Omnes declinaverunt simul iniquitatem suam: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

XVI. Quaes quarto. An aliquis possit esse certus in hac vita de sua praedecinatione, aut reprobatione?

Respondet D. Thom. q. 6. de verit. art. 5. Negative, attendendo cursum ordinarium. Immo etiam non esset inconveniens Deo alicui suam praedecinationem revelare; attamen secundum legem communem non est conveniens, ut omnibus reveletur, duplici ratione. Quorum prima (inquit) potest sumi ex parte aeterni, qui non sunt praedecinatori: si enim omnium praedecinatoris suam praedecinationem non esset, tunc omnibus non praedecinatoris certum esset, si praedecinatoris non esse, ex hoc quod se praedecinatoris nescirent. Et hoc quidem modo est in desperationem induceret. Secunda ratio potest sumi ex parte praedecinatorum. Securitas enim negligentiam parit. Si autem certi essent de sua praedecinatione, securi essent de sua salute, & ideo non tantum sollicitudinem ponere ad vitandam peccata. Et propter hoc Divina Providentia salubriter est ordinatum, ne homines suam praedecinationem, vel reprobationem ignorent. Ita S. Th.

XVII. Ut igitur homines aeterni animo curant ad praemium, & de eo certificentur, fac est eis scripturae conditionata, hoc est quod pervenient, nisi eis seipsis deficientes quae certitudo unicuique praedecinatoris per virtutem spei infunditur. Sicut & in pugna facilius ille, qui est a Duce exercitus ad pugnam adscriptus, non certificatur de premio, nisi conditionaliter, quia non coronabitur, nisi qui legitime certaverit, & hoc maxime in hosti praesenti. Cum enim neque per certitudinem possit esse homini notum, utrum sit in statu merendi, iuxta illud Eccles. 9. Nemo scit utrum amorem, an odio dignus sit, sed sciam ex aliquibus conjecturis possit probabiliter existimare, multo minus potest esse certus de premio certitudine absoluta. Hac ex D. Thom. laudato ad 2. & 3. Proterea Apostolus ad Philipp. 4. v. 12. Cum metu (inquit) & tremore vestram salutem operamini. Claudite haec omnia S. Bernardus serm. 1. de Septuagesima his verbis: Quis potest dicere ego de electis sum, ego praedecinator ad vitam, ego de numero filiorum? Quis haec, inquam dicere potest? Reclamante nimirum Scriptura Nescit homo, si sit dignus amore, an odio? Certitudinem neque non habemus; sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitatione hujus anxietate penitus crucietur. . . Hic enim est, unde semper solliciti, & in timore, & tremore humiliter necesse est sub potestate manu Dei, quoniam quales sumus nosse possumus, vel ex parte: quales autem futuri sumus, id nosse penitus nobis impossibile est. Itaque qui stat, videns ne cadat: & in ea forma, qua saluti indiduum est, & argumentum praedecinationis, perseveret atque proficiat.

TRACTATUS SEPTIMUS DE DEO TRINO, SEU DE SANCTISSIMAE TRINITATIS MYSTERIO.



OC est Myfteriorum myfterium, Arcanorum arcanum, adorabile potius quam investigabile, divina fide credendum, non humano ratiocinio penetrandum: ad quod, si ut oportet, accedat, nil Christiano dignum; si non, ut oportet, nil infelicium. Unde S. Aug. l. 1. de Trin. c. 3. Nec periculis lapsus (inquit) altitudo errator, nec laboriosus aliquid quaerit, nec fructuosus aliquid invenit. Ut ergo nos veritatem hanc, Christianam Religionis fundamentum fructuose inveniamus, Catholicam fidem consulemus, labori in ea investigandi non parcentes: sic enim divino affulgente Lumine, periculosos errorum Scopulos, in quos multi impingentes naufragi facti sunt, evitabimus. Primo ergo existitia tanti Myfterii statuenda est.

QUESTIO I.

De Existentiâ Myfterii Trinitatis.

UT Existentiâ S. Trinitatis asseratur, tria probanda sunt. Primo. Trinitas Personarum in Deo. Secundo. Unitas Essentiae, quia hoc myfterium in eo situm est, quod Personae divinae sint res realiter distinctae invicem: an in omnibus una, eadem, an indivisa sit Essentia, seu natura. Et tertio. An hoc percipi, & cognosci possit.

DUBIUM I.

An Trinitas Personarum sit in Deo.

S. I.

Reverentur errores.

TRINITATEM Personarum in Deo pertinaciter negant Judaei, contentendos, haec postea, salvari non posse Dei unitatem, sed Deorum pluralitatem inferunt. Hunc errorem a Judaeis accepere Mahometani, sic dicit, quicumque informem, & diabolicum religionis formam susceperit, quam Mahometes praedecinatoris, natione Arabs, professione mercator vilissimus, sub Heracleo Imperatore, & Nonorio Primo Pontif. circa annum 630. infeliciter cuderat; inter cuius Sectae errores is adest, non esse nimirum Trinitatem Personarum in Divinis.

II. Ex Christianis autem primus hunc errorem ex Asia attulit, & in Africam, & Romanis Provincibus docere cepit Praxeas, qui errorem suum, vel extraxerit, vel saltem per hypocrisim aliamdam diffimulaverit, cum tamen excussa fronte postea reitubuit, & evulgavit. Contra hunc integrum edidit librum Tertullianus, ubi cap. 1. ait: Ista (Praxeas) primus ex Asia hoc genus perverstitatis intulit in Romanam urbem. Ita duo negotia diabolus Praxeas Roma procuravit, Prophetiam expulit, & haeresim intulit: Praetertitum figuravit, & Patrem crucifixit. Et post alia exponens, quomodo in speciem emendatae suae respicientiae chirographum ab Ecclesia reportaverit, subdit: Ita aliquandiu per hypocrisim subdola vitiositate laetavit, & nunc denno eripit. Deinde cap. 2. ejus errorem describens: Itaque (inquit) post tempus Pater natus, & Pater passus: iste Deus Dominus omnipotens Jesus Christus praedecinatoris. Hunc eundem errorem describens lib. praescript. adv. haer. c. ult. ait: sed post haec omnes (haereticos, quos enumerat) etiam Praxeas quidam haeresim introduxit, quam Victorius (quis iste fuerit non constat) corroboravit curavit. Hic Deum Patrem omnipotentem Jesum Christum esse dicit: hunc Crucifixum, passumque consentiens: mortuum propter, seipsum sibi sedere ad dexteram suam cum profana, & sacrilega temeritate proponit. Hac Tertull. Ex quibus patet, Praxeae errorem fuisse, quod cum unam tantum Personam Deum assereret, hanc Patrem, hanc Jesum, hanc mortuum, hanc sibi ad dexteram asidere impie assereret. Porro ad scribendum contra Praxeam excitatum fuisse Tertullianum, quod suum errorem in Africa etiam seminasset, credibile est ex Philatrio apud D. Aug. lib. de haer. cap. 41. Praxeas a Praxea, & Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui & in scientes abjecti sunt ab Ecclesia Catholica.

III. Hunc errorem, quem desinente saeculo secundum Praxeas praeformaverat, vehementius propugnavit Noetus origine Ephesinus, ut Epiphano, vel Sixyano, ut Theodoro, placet. Prodit ille sub annum Christi 245. Hic in tantum statum elatus est, ut diceret se esse Moysen; Patrem vero suum errorem committentem, Heliam Prophetam, ut ex Philatrio haer. 53. Ambo propterea ab Ecclesia ejccti, & non multo post extitit, honore Sepulchri a Fidelibus merito privati sunt. Docebat Noetus (ut Praxeas) Christum eundem ipsum esse Patrem, & Spiritum

Sanctum, ut refert S. Aug. de haer. cap. 36. seu Patrem omnipotentem ipsum esse Christum, & ipsum natum, & ipsum passum, & ipsum mortuum fuisse in corpore, ut Philatrius, relatus. Qui error ex eo procedebat, quod putaret, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum non natura solum, sed Persona esse unum, ac singularem Deum, sola actionum distinctio discreto, fretus illius Scripturae testimoniis, quae plures Deos esse negant. Noetum confutavit S. Hippolytus Martyr libro, qui extat tom. 2. oper. ejusdem. Esto autem S. Epiphanius sentire videatur, Noetum fuisse primum, qui Personarum Trinitatem negavit, exponendum est, cum velle solum, quod fuerit primus, qui hunc errorem publicum fecit: nam, ut vidimus, illum a Praxea jam praconceptum susceperit.

IV. Celebriorem tamen haeresim hanc suo nomine, ac patrocinio fecit Sabellius, cui natio Lybia, Patria fuit Ptolemais, circa annum Christi 257. de qua Eusebius l. 7. Hist. Eccl. c. 6. & S. Epiphanius haer. 62. & S. Augustinus lib. de haer. c. 41. Noetianus, & Sabellianus, dicit, esse unius Sectae duo nomina, & non tantum similes, ut vult Epiphanius; putans, Noetianos convenire cum Sabellianis, excepto quod isti dicunt Patrem non esse passum. Nam, inquit S. Augustinus: Quomodo de Sabellianis intelligi potest (quod dicant Patrem non esse passum) cum sic innoverint dicere Patrem passum, ut Patripassiani, quam Sabellianis crebris nuncupentur? Vel quomodo possunt intelligi quilibet eorum Patrem passum fuisse non dicere, cum dicant eundem esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum?

Explicat ergo suum errorem Sabellius. Tum exemplo hominis, in quo sunt Corpus, Anima, & Spiritus: Ita ut Corporis instar sit Pater, animae Filius, & Spiritus Sanctus ad instar Spiritus habeatur; sic ut eidem hypostasi tres appellationes conveniant. Tum exemplo Solis in quo triplex est energia, nempe illuminandi vis, calefaciendi, & rotunda figura, seu corpus ipsum solare. Patremque dicebant totius divinae hypostasis esse basim, formam, & quasi corpus; vim illuminativam Filium, & calefactivam Spiritum Sanctum; & sicut solare corpus in Caelo manens emittit radios, & calorem; ita Patrem veluti radium in terras stato tempore mississe Filium; Spiritum vero Sanctum identidem velut calorem in fidelium pectora illabi, ea amore succedendo, vitamque Spiritualem instaurando. Ita referent Epiphanius haer. 62.

V. Omnes praefati haeretici a Veteribus passim vocati sunt Patripassiani; quia nimirum ex eorum doctrina consequens erat, Patrem, utpote eandem Personam, ac Filium, esse passum, & mortuum pro nobis, Sabellianus (inquit) S. Aug. tract. 36. in Joann. sunt quidam haeretici, qui vocantur & Patripassiani, qui dicunt ipsum Patrem passum fuisse. Et S. Athanasius lib. de Synodis n. 7. illos vero (inquit) qui dicunt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eundem esse, tria haec nomina de una eademque re, ac Personae impie accipientes, merito ab Ecclesia praescribitur: eo quod Patrem, qui nec comprehenditur, nec potest comprehendere, & passum per incarnationem subjiciuntur, casumque sunt, qui apud Latinos Patripassiani, apudque Sabellianis vocantur. Quare, ut diximus, recedendum est a S. Epiphano, qui Sabellianus in hoc a Noetianis discrepasse scribit, quod Patrem esse passum negarent.

VI. Haeresim istam anno 1050. (teste Euthymio in Panop. p. 2. tit. 23.) ausus fuit evomere quidam Bogomites, negans esse in Deo Trinitatem. Verum error cum suo auctore ab Alexio Commeno Imperatore in Theatro exultus fuit. Eiusque nec cineres hinc temporibus superessent, nisi reditvum fecisset feculis proxime clapsis.

VII. Michael Servetus, natione Hispanus, Tarracensis patriae. Non tulit Hispania monstrum hoc, quod generat: aliam enim variaque terras lustrans Servetus, Lutetiae Parisiorum Medicinae operam dedit; inde linguae Arabicae studio in Africam trajecit. Ex Africa reversus, Anabaptista primum fuit, Baptisimum parvulorum fugillans. Deinde ad Sacramentarium declinavit. Mox librum edens (cui titulus de Trinitatis errore) spargere cepit, tres illas res incorporatas in una Deitate distinctas non posse consistere: omnes, qui Trinitatem statum Trinitatis, & Aethos vocans, qui nec Deum nisi tripartitum, & aggregatum habeant. Immo (teste Theodoro Beza Episc. 1.) Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, Ceterum triplicem, seu triceps monstrum impie appellabat. Quapropter a Calvino ipso Senatui Genevensi, ubi tunc Servetus moram traheret, denuncietus, oblitatus, ac impoenitus, urgente Calvino, Senatus praefati sententia virus exultus fuit 23. Octobris ann. 1553. Timens autem Calvinius, ne ex hoc invidia sibi constaretur, scripto defendit, iuste a Magistratu mortis sententiam in haereticos ferri posse. Quo patet: quam injuste male ferant Protestantes modernis, quod Haeretici impoenitentes ab Ecclesia Catholica poena mortis mulctentur.

VIII. Serveto tamen Antitrinitarium parente combusto, combustus error Serveti non fuit. Polonium enim, Hungariam, & Tran-